



Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi Thomae tomi quinque

Accvratam Qvæstionvm D. Thomæ, Ab LXXXIV. Vsqve ad finem: &
Disputationum de virtute Pœnitentiæ, De Clauibus, De Sacramentis
Pœnitentiæ, & Extremæ Vnctionis, De Purgatorio, Suffragiis & Indulgentiis,
expositionem complectens : Accesserunt Indices quinque: ... Postremus

Suárez, Francisco

[Köln], 1616

Sectio 5. Vtrum actus pœnitentiæ honestus sit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93815](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93815)

penitentiae. Primus actus est, velle in se punire peccatum, applicando causas doloris: secundus est nolle peccasse: tertius acceptare punitionem ab alio infligendam: quartus (inquit) est patienter illam ferre. Ex quibus solum primum esse dicit cuiusdam iustitiae indicatiuae: secundum autem non pertinere ad aliquam singularem virtutem, sed ad omnes respectiue, seu in sua materia: tertium, ait, esse charitatis vel spei; quartum patientiae. Haec vero distinctio in primis nulla methodo, aut ratione data est: hoc enim modo posset distinguere innumeros penitentiae modos. Deinde immerito attribuit penitentiae illum primum actum, ut primum: prior enim est detestatio ipsius peccati commissi, includens propositum destruendi illud, nam hinc oritur illa voluntas vindicandi, & puniendi in se peccatum. Quod recte insinuauit D. Thomas hic ad 4. dicens, *dolorem peccati esse displicentiam, seu reprobationem facti praeteriti cum intentione remouendi sequelam ipsius, scilicet offensam Dei, & reatum poenae*: in quibus verbis sentit hoc vltimum esse etiam vltimo intentum in actu penitentiae, scilicet, auferte reatum poenae, quod fit per vindictam, & punitionem, & applicando causas doloris. Et ratio est manifesta, nam prior est satisfactio pro culpa, quam pro poena. Imo haec videtur esse quasi secundarium quid in virtute penitentiae, ut latius infra dicemus, agentes de satisfactione, & de actu exteriori penitentiae.

Vnde vltimus immerito negat Scotus, secundum actum pertinere ad specialem virtutem: non enim considerauit obiectum formale proprium virtutis penitentiae, imo nec motiuum charitatis considerasse videtur, sub quo potest etiam ille actus ab vna virtute singulari elici, imo, & a virtute spei, vel obedientiae, ut ex superius dictis de virtute penitentiae manifestum est. Et ex eo quod Scotus dicit de tertio actu conuincitur potest: nam si quis potest acceptare penitentiam pro peccato ex charitate, & spe, multo magis potest odisse ipsum peccatum, vel nolle peccasse. Et eadem omnino ratione deberet etiam fateri illum tertium actum esse posse a virtute penitentiae, si sub proprio eius motiuo eliciatur, ut fieri potest: potest enim quis acceptare poenam ex affectu iustitiae. Quod etiam confirmari potest ex primo actu, nam eiusdem rationis est velle se punire, & velle acceptare poenam ab alio infligendam, si sub eodem motiuo fiat, nam reliqua differentia plane materialis est. Et idem fere est de quarto actu, si idem motiuum operandi seruetur: quanquam verum sit sub propria ratione posse etiam illum actum ad penitentiam pertinere. Itaque ex hac doctrina nullum nouum actum virtutis penitentiae habemus, praeter eos, quos explicuimus, nisi voluntatem satisfaciendi pro peccatis commissis, vel voluntarie eligendo poenam, vel impositam acceptando, vel illatam voluntarie sustinendo (haec enim omnia, ut dixi, materialiter diuersa sunt in ordine ad motiuum penitentiae) hunc ergo actum sub propria ratione elicitemur esse huius virtutis actum, secundarium tamen, & minus principalem; loquendo de satisfactione pro temporali poena.

Quapropter mihi etiam non probatur quod scripsit Cano in sua relectione de Penitentia, par. 2. primum actum huius virtutis esse dolorem ipsius peccatorum, quatenus nobis poenalis est, nam principalis (inquit) a nobis exigis Deus in recompensationem peccati, ut nos ipsos torqueamus per dolorem, & tristitiam, quam in ipsum honoremus, quia nostram querit utilitatem, qua in poena voluntarie sumptis pro peccatis maxima est. Haec inquam doctrina mihi non probatur, nam si loquimur de dolore, & tristitia cum omni rigore, & proprietate sumpta, ut distinguitur a displicentia seu detestatione peccati, sic falsum est dolorem esse primum actum penitentiae, aut principalis in-

tentum, iam enim Sectione praecedente ostendi, principalem actum esse ipsam detestationem peccati. Et sine dubio hoc est, quod praecipue intendit Deus in nobis, ut, scilicet, voluntatem nostram omnino a peccato auertamus, & in ipsum Deum eam conuertamus: dolorem autem requirit, tum ut effectum consequentem ad illum affectum, tum ut illo iuuemur ad magis detestandum ipsum peccatum: & perseverantius cauendum illud. Quod si (ut est frequens) doloris nomine ipsam detestationem intellexit Cyprius, immerito dixit Deum magis intendere per hunc actum afflictionem nostram, quam honorem suum, nam propter quod vnumquodque tale, & illud magis: sed Deus intendit nostram poenam, & afflictionem propter honorem suum, ergo hunc magis intendit. Vnde licet etiam nostram utilitatem intendat, hanc tamen utilitatem nostram ordinat ad eundem suum honorem, quia omnia ordinat ad se, tanquam ad vltimum finem, cui nulla utilitas accrescere potest, sed tantum gloria, & honor. Item nos ipsi, ut perfecte operemur, etiam dum nos affligimus, & castigamus, totum referre debemus in diuinum honorem tanquam in primum scopum, quia ipse diuinus honor maioris esse debet apud nos estimationis, quam nostra utilitas. Praeterea in satisfactione magis intenta esse debet satisfactio pro iniuria, quam pro poena debita, quia illud est primum in negotio iustificationis, reliquum vero est consequens, satisfactio autem pro iniuria diuina, quatenus a nobis exhiberi potest, principalis fit per detestationem peccati, quatenus ex amore Dei procedit, & ex intentione relaxandi diuinum honorem, quantum in nobis est: ergo hoc est magis intentum, etiam a Deo, quam afflictio nostra, quatenus est nobis poenalis, & ut sic, est satisfactio pro poena. Est ergo hic actus penitentiae, secundarius, ut diximus.

SECTIO V.

Utrum actus penitentiae honestus sit.

In hac, & sequentibus Sectionibus specialiter loquar de proprio actu detestationis peccati, qui ad rem praesentem est magis proprius, & quia facile erit ad reliquos accommodare, quae de hoc diximus, seruata proportione. Lutherani ergo hunc actum reiciunt, vel ut otiosum, & inutilem, quia est conatus quidam contra praeteritum factum, de quo iam dolere inutile est, vel etiam, ut praesumptuosum, quia oritur ex voluntate satisfaciendi DEO, ac si nobis possibile hoc esset. Pelagiani autem approbant hunc actum, naturalibus viribus liberi arbitrij illum attribuunt, dicentes, hoc modo posse hominem suis viribus liberari a peccato.

Dicendum vero est primo, actum Christianae penitentiae esse honestum, & sanctum. Conclusio est definita in Tridentino sess. 14. cano. 5. & sumitur ex Scriptura, quatenus & consilium, & praecipit hunc actum, ut patet Ezech. 18. & 33. Matthae. 3. & 4. & sub nomine compunctionis Psalm. 4. & Mich. 4. & sub nomine tristitiae ac poenitentiae, 2. ad Corinthios 7. Quod autem Deus praecipit, honestum est: vnde Tertullian. libro, de Penitentia: capit. 4. Bonum est poenitere, an non? quid reuoluit? Deus praecipit. Et August. lib. de duabus animab. contra Manich. cap. 14. Bonum (inquit) est poenitere: quid necesse est Scripturas asserere? vox est ipsa naturae. Vnde etiam Aristotel. 7. Ethicor. capit. 7. Quem non poenitet (inquit) memendabilis est.

Adhaec, & similia Scripturae testimonia (quod semel annotare necesse est) respondent haeretici quo

Quaedam sententia Cano exponitur.

Actum Poenitentiae honestum esse. Afferunt Conc. Trident. Ezech. Psalm. 4. Mich. 4. 2. ad Corinthios 7. Tertullian. lib. de duabus animab. contra Manich. cap. 14. Bonum (inquit) est poenitere: quid necesse est Scripturas asserere? vox est ipsa naturae. Vnde etiam Aristotel. 7. Ethicor. capit. 7. Quem non poenitet (inquit) memendabilis est.

Haeretici respondunt haeretici quo

quoties Scriptura de poenitentia loquitur: non de detestatione peccati commissi, sed de sola mutatione vite futuræ, quæ prius per propositum, postea per ipsam observationem mandatorum sufficienter fit, sermonem facere: quod confirmant ex verbo Græco μετάνοια, quod resipiscentiam significat, Verumtamen ex interpretatione omnium Patrum, & ex collatione plurium testimoniorum constat, sermonem esse de propria poenitentia à nobis explicata, eamque illa voce significari, quæ propterea nunc doloris nomine, nunc gemitus, nunc compunctionis & conuersionis exprimitur. Et Ioel. 2. & Ezech. 18. distincte præcipitur poenitentia, & noua vita. Et quamuis demus vocem Græcam resipiscentiam significare, tamen hæc ipsa resipiscentia non fit

A furti v. g. displiceat ob turpitudinem, quam habet contra iustitiam humanam, motiuum illud, vt supra dixi, pertinet ad iustitiam, & consequenter actus ille habet reſtitutionem, & honestatem iustitiæ, & simili modo pertinebit ad reſtitutionem charitatis, si peccatum displiceat proxime & immediate, vt repugnat amicitia diuinæ, & sic de aliis virtutibus: vnde, vt habeat specialem honestatem poenitentia oportet, vt sit ex motiuo destruendi, seu remouendi peccatum vt est iniuria Dei. Hæc autem honestas quæ est ex obiecto, & dicitur honestas ex genere actus, requirit debitum modum, & cæteras circumstantias morales, nam cum bonum sit ex integrâ causa, non est actus moraliter bonus, nisi cum bono obiecto habeat bonas, & proportionatas circumstantias. Quia vero circumstantiæ sunt accidentia, obiectum vero per se conuenit actui, ideo quando definimus aliquem actum esse bonum, quia scientia est de ijs, quæ sunt per se, intelligitur ex vi proprii, & formalis obiecti: subintelligitur autem conditio, si debita circumstantia non desint, quas possibiliſſime esse, imò & debitas tali actui, vt certum supponitur, tanquam necessario consequens ex vi talis obiecti. Imo, loquendo de actu interiori virtutis, vt nunc loquimur, probabilius credimus, iuxta vera principia moralia, non posse interiori actum versari circa obiectum honestum formaliter, & vt honestum est, quin simul habeat omnes circumstantias debitas tali actui: tum quia se moriuum honestum mouet ad operandum, simul etiam mouet ad debite operandum: tum etiam quia ipsa honestas obiecti, vt hic & nunc proposita, aliquo modo pendet ex circumstantijs, sed de hoc alius. Vnde, quod ad præsens spectat, dubitari non potest de actu poenitentia, si debito modo exercetur, cum obiectum sit habere posse honestum motiuum, & non tantum vnum, sed multiplex. Dubitari vero posset in primis, quis debitus modus seruandus sit, aut quæ circumstantiæ adhibendæ, vt talis actus habeat honestatem. Sed hoc vel non habet peculiarem difficultatem, præter generalem doctrinam de actibus moralibus, vel si quid proprium est huic actui, in discursu materiæ tradendum erit, vbi ostendemus quis modus seruandus sit in agenda poenitentia, & quo tempore sit agenda, & similia. Ex motiuis autem ad poenitendum, specialem habet quæſtionem motiuum illud, quo sæpe excitamur ad agenda poenitentiam ob timorem poenæ: de quo in particulari dicemus inferius disputa. 5. quæ erit de attritione.

Honestas quæ debetur actui requirit debitum modum.

Dubium

Solutio

SECTIO VI.

Utrum actus poenitentia supernaturalis sit.

Omissis variis opinionibus, quas infra commòdius attingemus. Dicendum est primo, actum Christianæ poenitentia supernaturalis esse. In hac assertionem conueniunt Theologi omnes, vt videre licet in D. Thomæ articulo 5. & 1. 2. quæst. 109. articulo 6. quæst. 113. articulo 3. & Bonauent. in 2. distincto. 28. articulo 2. quæst. 1. Gregor. distincto. 26. quæstio. 1. Marfil. quæstio. 17. Et ex recentioribus videri potest Vega libr. 6. in Trident. ca. 13. & Opuscul. de Iustific. quæst. 11. Bellarmin. lib. 1. de Poenitentia ca. 3. & Soto in 4. d. 14. qu. 1. & Ruardus arti. 6. & 7. contra Luthe. & Iacobus Laromus lib. 1. de Iustific. cap. 3. Estq; illa pars fidei, nimirum huic actum talem esse, vt sine diuina, & supernaturali gratia exerceri non possit: huiusmodi autem actum supernaturalem vocamus. Et probatur primo ex Scriptura sacra, & Patribus, nam in diuina Scriptura sicut fides, & charitas, ita etiam poenitentia dicitur esse donum Dei, quo loquen-

5.

D. Thom. Bonau. Gregor. Marfil. Vega. Bellarmin. Soto. Ruard. Iacob. Larom.

Probat ex Scriptura & Patribus

Ioel. 2. Ezech. 18.

Lactant. Tertull.

Aug.

Isai.

Ezech.

Aug.

Isai. 50. Ratio a prior. intelligitur.

Satisf. L. 1. lib.

D. Aug. Chryso.

Poenitentiam posse habere diuersas honestates.

Est autem considerandum ex superius dictis, & ex generali doctrina de moralibus actibus, huiusmodi detestationem diuersas posse habere honestates, seu species virtutis, iuxta varia motiua honesta, ex quibus procedere potest. Nam si peccatum